rā ſum⁹: boni aūt ⁊ mali non ſum⁹ ꝑ naturā
Virtus eſt habitus: quia habentem perficit: ⁊ opus eius bonum reddit.
Omnia autem vel rei vel virtuti conſonant.
Quies enim ē ſomnus ſm ꝙ dicitur tedioſa et praua.
Virtutes eſt habitus electiuus i mediocritate exiſtens quo ad nos determinata ratione: ⁊ vt vtiqꝫ determinabit ſapiens.
Omnis virtus conſiſtit in medio.
Virtus certior eſt ⁊ melior omni arte.
Malum eſt facile: ⁊ bonum difficile.
Facile non eſt attingere mediū: ſed ipſum attingere difficile eſt.
Operationes ſunt circa ſingularia.
Difficile eſt eſſe bonum.
Virtuti debetur laus.
Medium in omnibus eſt laudabile.

Tertii ethicorum de voluntario bono: ⁊ de fortitudine: ⁊ de temperantia.

Violentum eſt cuius principium eſt extra non conferente vim paſſo.
Melius eſt mori quam facere contra bonum virtutis.
Ignorantia excuſat peccatum.
Conſilium non eſt de fine: ſed his que ſunt ad finem.
Quod primum eſt in intentione: vltimum eſt in execution.
Homo eſt principium ſuarū operationū.
Bonum voluntarium eſt id quod ſimpliciter bonum eſt.
Bonus: ſingula cum ratione iudicat.
Nullus eſt bonus nec beat⁹: nolēs ſiue dolēs
Nos ſumus domini imperationum noſtrarum a principio vſqꝫ ad finem.
Qualis vnuſqſqꝫ eſt talis ſibi debetur finis.
Terribiliſſimum omnium: eſt mors.
Fortitudo eſt aggreſſio terribilium vbi mors iminet propter bonum commune ſaluandū.
Milites primo fugiunt. ciues vero, permanētes ſunt ⁊ moriuntur.
In repentinis cognoſcitur habitus.
Deſiderium diſcipuli oportet eſſe ſecundum preceptum doctoris.
In naturalibus deſideriis: pauci peccant.

Quarti ethicorum de liberalitate: ⁊ magnificētia ⁊ magnatorū honore: māſuetudine verecundia: ⁊ malicia:

Laus ⁊ gratiarum actio debetur danti ⁊ non accipienti.
Maior virtus eſt bona operari quā turpia non operari.
Virtuoſus bene vtitur quibuſcunqꝫ.
Dare non recipere liberalitas eſt.
Pulcritudo ſemper in magno corpore eſt. vñ parui formoſi poſſunt dici non autem pulcri
Maximum bonorum exteriorū eſt honor.
Prauus: honore non eſt dignus.
Honor eſt premium virtutum.
Solus bonus honorandus eſt ſecūdū virtutē.
Virtuti perfecte: non fit condignus honor.
Iraſci in quibus non oportet: inſipientis eſt.
Non iraſci in quibus oportet inſipientis eſt.
Iniuriantem ſuſtinere ſeruile eſt: ſeruilem deſpicere ſeruile eſt.
Decipere eſt ſeruile malum.
Malum ſeipſum deſtruit.
Malum ſi integrum eſt importabile erit.
Qualis vnuſquiſqꝫ eſt: talia dicit: ⁊ talia operatur ⁊ taliter viuit.
Omne mendatium: prauum eſt ⁊ fugiendū.
Verum: bonum eſt ⁊ laudabile.
Verax eſt laudandus. ſed mendax eſt vituperandus.
Iactator: iuſtiſſime ⁊ maxime vituperānd⁹ eſt
Reges ⁊ ludus in vita: videtur eſſe neceſſaria
Verecundia eſt timor vigilationis.
Verecundia nō ꝯuenenit omni etati: ſed tantū iuuenili. vnde iuuenes verecundos laudamus. ſenem autem verecundum: nullus laudabit.

Quinti ethicorum: de iuſtitia.

Si vnum oppoſitorum dicitur multipliciter: ⁊ reliquum.
Que ſimpliciter ſunt bona hominibus pro his horant et illa querunt ipſi.
Preclariſſima virtutum eſt iuſtitia nec heſperus: nec lucifer eſt ita admirabilis.
Principatus virum oſtendit.
Peſſimus eſt qui non ſolum vtitur malicia ad ſe: ſed ad alium.
Optimus eſt qui non ſolum vtitur virtute ad ſe ſed ⁊ ad alios.
Duplex eſt iuſtitia. ſ. totalis ⁊ partialis. partialis eſt duplex. ſ. commutatiua ⁊ diſtributiua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Commutatiua eſt duplex.ſ. voluntaria ⁊ in voluntaria: in voluntaria ē duplex ſ. occulta ⁊ manifeſta. occulta vt furtum: adulterium. manifeſta: vt verbera ⁊ vincula.
Ubicunqꝫ reperitur maius ⁊ minus .ibi reperitur equale.
Minus malum magis eſt eligibile maiori.
Oportet regratiari vel refamulari ei qui gratiam facit.
Denarius eſt omnium rerum melior ⁊ menſura quia eſt fideiuſſor nobis in omni neceſſitate pro quauis re qua indigemus.
Princeps cuſtodire debet iuſtum.
Duplex eſt ius. ſ. naturale ⁊ legale. Naturale ē id ꝙ apud omnes habet eādem poteſtatē legale vero ē. quod conſtitutū ē a lege.
Sacrificare dijs ſimpliciter eſt naturale. ſed ſacrificare h vel hoc. illi vel illi. ē ad placitū
Lex prohibet ſeipſum interficere.
Nullus proprie poteſt ſibiipſi iniuriā facere.

Sexti ethicorum de medio ⁊ potētiis. anime: ⁊ maxime de prudētia ⁊ ſapientis.

Non ſufficit ad ſcientiā alicuius vt ſciat in vniuerſali ⁊ cōfuſe. ſed oportet ſcire determinate ⁊ diſtincte.
Omnis cognitio fit ſecundū ſimilitudinem.
Conſiliū debet eſſe de his que poſſunt ſe aliter habere.
Conſilium non eſt de preteritis: ſed de futuris quia quod factū eſt: nō poteſt fieri vel nō factū eſſe. vnde agathō dicit. genitū facere nō genitum: hoc ſolo priuatur deus.
Uerum bonum eſt intellectus.
Quinque ſunt in anima habitus quib⁹ verum dicitur: videlicꝫ ars. ſciētia: intellectus. ſapientia. ⁊ prudentia.
Scientia eſt de his que nō poſſunt ſe aliter habere: ⁊ de eternis.
Omnis doctrina eſt de precognitis.
Ars eſt recta ratio rerum factibilium.
Prudentia eſt recta ratio agibilium.
Sapientia eſt certiſſima omniū ſcientiarum.
Sapientia eſt cognitio rerū diuinarū: habens caput inter omnes alias ſcientias.
Iuuenes nō poſſunt eſſe prudentes: quia prudentia requirit ſapientiaꝫ: ⁊ experientiā que indiget tempore.
Multitudo temporis facit experientiam.
Ad principia non eſt ratio.
Conſiliata operari oportet velociter: cōſiliari autem tarde.
Impoſſibile ē prudentē nō exiſtere bonū.
Habens vnā virtutem habet omnes.

Septimi ethicorū. de continentia ⁊ incōtinentia de delectatione ⁊ triſtitia.

Sicut beſtie non eſt virtus. ſic nec malicia deo.
Homines dii dicuntur fieri propter virtuteꝫ excellentiam.
Homo prauus deterior eſt beſtia.
Difficile eſt reſiſtere conſuetudini: quia ſimulatur nature.
Facilius ē cōſuetudinē imutare q̄ꝫ naturam.
Conſuetudo eſt altera natura.
Fama quā omnes famāt vl' exclamāt: nō ex toto perit vel deperditur.
Non oportet tantum verum dicere. ſed etiam cauſam falſi aſſignare.
Dilectioni itellectuali: nō eſt admixta triſticia.
Operationes praue beſtie ſunt ex natura. operationes vero malorum ⁊ prauorum hominum ex conſuetudine.
Homo ſemper indiget aliqua delectatione q̄ſi quadam recreatione ꝓpter multos labores qui ſibi occurrunt.
Maior eſt dilectatio in quiete quā in motu.
Deus ſemp vna ⁊ ſimplici gaudet delectatiōe
Fortuna ſuperexcellens impedit felicitatem.
Duo diſputantes melius diſcernunt rei veritatem quā vnus.

Octaui ethicoꝝ de amicis ⁊ amicicia.

Nullus eligeret viuere ſine amicis habens omnia alia bona.
Quanto maior eſt fortuna: tāto mi⁹ ē ſecura
Duo ſimul viuentes: ⁊ intelligere ⁊ agere ſūt potentiores quā vnus.
In infortuniis: refugium eſt ad amicos.
Omnis homo nāliter omni homini amic⁹ eſt
Generātis ad genitū: nāliter eſt amicicia.
Homines eiuſdē gētis naturaliter ſunt amici: magis quā reliqui.
Simile diligit ſibi ſimile: nō ꝑ ſe ſꝫ per accidēs
Amicicia ē beniuolentia mutua in qua eſt paſſio non latens.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf